

Gospel for the Tenth Sunday After Pentecost

Tonus antíquior

D

Ominus vobíscum. R. Et cum spí-ritu tu-o. V. Sequénti-a Sancti

Evangé-li-i secúndum Lucam. R. Glóri-a tibi Dómine.

I

-n illo témpore: Dixit Jesus ad quosdam, qui in se confidébant tam-

quam justi, et aspernabántur céteros, parábolam istam: Du-o hómines a-

scendérunt in templum ut orárent; unus pharisæ-us, et alter publicánus.

Pharisæ-us stans, hæc apud se orábat: De-us, grá-ti-as ago tibi, qui-a non


sum sicut céteri hóminum: raptóres, injústi, adúlteri: velut é-ti-am hic

publicánus. Jejúno bis in sábbato: décimas do ómni-um, quæ possíde-o.


Et publicánus a longe stans nolébat nec óculos ad cælum leváre: sed



percuti-ébat pectus su-um, dicens, De-us, propí-ti-us esto mihi peccató-ri.



Dico vobis: descéndit hic justi-ficátus in domum su-am ab illo: qui-a



omnis qui se exáltat, humi-li-ábitur: et qui se humí-li-at, exaltábitur.